



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De impedimento affinitatis Cap. 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

se, viuente prima, non posse ducere secundam, alias enim validum est.

De impedimento iustitiae publicae honestatis. Cap. 10.

EX matrimonio rato non consummato, & ex sponsalibus confurgit hoc impedimentum: qui enim contraxit, vel tantum spondit cum aliqua contracturum, ante Concil. Tr. non poterat contrahere cum consanguinea ipsius, nec ipsa cum consanguineis sponsi usque ad quartum gradum: post Concilium verò impedit tantum in primo gradu: & si sponsalia non fuerunt valida, non inducitur ex ipsis hoc impedimentum.

De impedimento affinitatis. Cap. 11.

Affinitas

Affinitas est cognatio ex copula carnali naturali completa, seu in qua vir seminet procedens; quæ si licita sit, vt inter coniuges, extenditur vsque ad quartum gradum si illicita vsque ad secundum. Quando verò affinitas superuenit matrimonio iam rato, non soluit, sed qui in culpa fuit sine dispensatione non potest petere debitum: quando verò copula habetur inter sponsalia, impedit matrimonium contrahendum. Quando autem impedimentum honestatis, & affinitatis simul incidit tunc petens dispensationem vtrumque manifestare debet, alioquin inualida dispensatio; & qui inter sponsalia rem habuit cum matre, vel sorore sponsæ, ratione affinitatis non potest cum sponsa sua contrahere, ratione vero honestatis non potest nec cum matre, nec cum sorore, & si tentet,

Ed

quamuis inde suscipiat filios, nulla est matrimonium.

De impedimento impotentia.

Cap. 12.

Impotentia impediens, & dirimens est, cum semen effundere non potest, ut à castratis, & que testiculo, & frigidis, aut masculificiatis, vel à fœmina recipi in contrastra naturalia, quia arcta nimis. Hoc tamen impedimentum in matrimonio rato superueniat, & sit temporale, non dirimit, ne quis tunc esset Eunuchus, cogitans vxotem peccaret: sciens autem talem impedimentum, & contrahebat, matrimonium nullum est. Sed si postea aperiret, non dirimit, sed perpetuum, & iura conceduntur annuum ad probandum.

De impedimentis conditionibus raptus. Cap. 13

Conditio hæc quadruplex esse potest: * Prima contra bona matrimonii, vt puta contra prole, fidē, & indissolubilitatem, & hæc matrimonium annullat. * Secunda. Est turpis, quando sub conditione aliquod malū ponitur, vt ducam te, si furata fueris mille aureos: vnde etiā tunc nullū est matrimoniū, saltem in foro exteriori, quia conditio turpis habetur pro nulla, est tamen in interiori, si fuit verus consensus. Tertia est impossibilitas, vt ducam te, si pater tuus consentiat, cum tamen pater eius sit mortuus, & mortuum esse sciat, & hæc, matrimoniū etiā, non impedit si fuit verus cōsensus internus. Quarta. Est honesta, eaque duplex. Vna de præfenti, vel præterito, vt contraho tecum si es diues, vel si patrem conuenisti, & stante conditione tenet matrimonium. Alia de futuro, vt contraho tecum si mihi

dederis centum aureos: & in hoc
 ante conditionem impletam nul-
 lum est matrimonium: ea verò
 impleta si maneat consensus, vali-
 dum est, si tamē interim vnus spō-
 sorum cum altero contrahit de
 præfenti, valide e contrahit, sed pec-
 cat grauiter. Rapiens fœminam e
 domo, vel à parentum cura, ipse
 inuitis, nunquam potest cum rap-
 ta contrahere, antequam restituat
 immo est excommunicatus, vt su-
 lib. 1. & perpetuò infamis, ex Con-
 cil. Tr. sess. 24. cap. 6.

*De impedimentis secundi generis
 quæ impediunt matrimonium
 cōtrahendū. Cap. 14. & 15.*

Impedimēta, quæ impediunt cō-
 trahendum, & non dirimunt
 cōtractū, sunt quinque Inec-
 dictum, votum, Sponsalia, Cat